Funded by the
National Endowment for the
Humanities

ITLE: De terminationum
rtiae Graecorum
eclinationis vicissitudine
ssertatio prima

LACE: Regiomonti

Storage Number : 00-0230.19

:k, Chr. August 1781-1860. (Christian August)
De terminationum tertiae Graecorum declinationis
;situdine : dissertatio prima / C.A. Lobeck.
›monti Borussorum : Typis Academicis Hartungianis, 1839.
; 22 cm.

:eek grammar. I. Title.


iage: Latin.
(s): Includes bibliographical references.

nc

Technical Microfilm Data

Microfilmed by
Preservation Resources
Bethlehem, PA

On behalf of
The Classics Library
University of Illinois at Urbana-Champaign



PRECISION℠ RESOLUTION TARGETS

De terminationum tertiae Graecorum declinationis vicissitudine

Dissertatio prima

qua

o r a t i o n e s

ad celebrandam virorum meritissimorum

Jacobi Friderici a Rhod

e t

Friderici a Groeben

m e m o r i a m

publice in auditorio maximo

die Maji XXV. habendas

indicit

C. A. Lobeck,
P. P. O.

Regiomonti Borussorum,
typis Academicis Hartungianis.
MDCCCXXXIX.

Qui principes graeci sermonis morphologiam condere conati sunt, Ph. Cattierus an quis alius Gazophylacii auctor, et Grammaticae Marchicae compositores [1]) si reviviscerent, alias literaturae partes insignibus incrementis auctas, illam in eodem ferme quo destituerunt vestigio deprehenderent. Nam neque exemplorum omnis copia et varietas ad intuendum exposita est et tenet eadem quae olim tripartita divisio, qua verba, nomina et adverbia ita divelluntur ut quae his inter se sunt communia elementa penitus delitescant. Quem equidem ordinem sequendum putem et qua de causa, alio loco exponam; nunc utar tanquam concesso ad explicandam quaestionem de vicissitudine terminationum ‾ας (αδος) et ‾ις (ιδος) eorumque transitu in ‾ιας et ‾ηις et cum paragogis verbalibus ‾αζω, ‾ιζω, ‾ιαζω etc. cognatione. Quum vero tanta sit exemplorum copia ut nisi partita et distributa perlustrari nequeant, partitionis autem ratio una suppetat, ex etymis, quibus singula adhaerent, universam turbam in tot classes describam quot sunt orationis partes ad propagandum habiles, ac si quid intercurret ambigui, eo ponetur loco cui aut maxime convenire aut minime disconvenire videtur.

§. 1. Ab indeclinabilibus duo processerunt διχάς et ἑνάς, quae si quis a futuris potius sic ut veteres ἐλπίς ab ἐλπίζω etc. Parall. 122. arcessenda putet et similiter ψεκάς a ψεκάσω, στιβάς a στοιβάσω EM. ostendat oportet cur circumfluente verborum hujusmodi copia tam pauca reperiantur quae ab hoc prin-

---

1) T. I. 411—442. edit. Huelsemanni qui libro utilissimo adjecit adnotationum suarum pondus iners. Huic similis J. B. Gailius libellum jocularem edidit Essais sur l'effet, le sens, la valeur des désinences grecques etc. Par. 1808.

cipio repeti possint, nullum quod necesse sit; nam eo quod apud Hesych. legitur *Θυσιάδες ἔνθεοι* — adeo non utar ad defendendam vulgatam scripturam Philostr. Imagg. II. 19, 826. *οἷον θυσίας* (sic) *ἀρθεῖσα*, ut hoc secundum Jacobsium in *θυιάς*, illud in *θυστάς* mutandum arbitrer. — Multo plura ex verbis exuberant, partim puris (I. [2]) *Ψιάς ἀπὸ τοῦ ψίω* Schol. Theocr. I. 1. quod quum Eustathius 1071, 3. *ἄῤῥητον ῥῆμα* vocaret, solum fortasse praesens spectavit, *πτυάς, Ὑάς, πλωάς* — a non puris (II) *βοσκάς, ἰσχάς* ancora, *μαινάς, μυλλάς*, et quae Philoxenus EM. 818, 48. cum *ψιάς* componit, *ἰλλάς* et *λαμπάς* [3]). Producta quae sunt, ad nativam brevitatem recidunt: *λιβάς, νιφάς, φυγάς, τριβάς, φθινάς*, unde colligi potest *σινάς* quoque quod ap. Hesych. legitur et *ψινάς* quo Theophrastus utitur, priorem habere brevem, neque recte *φθεινάς* scribi Hipp. de Gland. p. 500. T. I. Idem fit consonis asciticiis *κοπάς, τυπάς, δρυφάς κατάξυσμα* Hes. nisi praestat hoc vel ad *δρύφω* referre vel ad nomen. Neque solum syllabae principalis incrementa cessant sed etiam si quid extrinsecus accrevit *ἰσχάς* carica, *πηγάς, πληγάς, μιγάς, ἁμαρτάς*, quo mirabilius est *γεραιράς*, unicum illud retentae paragogae exemplum, sive sic scribitur sive *γεραράς*. Quae vero epsilon in stirpe habent (III) nomina non ex se formant sed ex perfecto secundo: *γονάς, λογάς, νομάς, ποκάς, σποράς, στροφάς, φοράς, φορβάς*. — A circumflexis (IV) *βληχάς, διψάς, λιχμάς, πενθάς, σοβάς, φοιτάς*, quorum pleraque paronymis adnumerari possunt. Haec autem omnia saepe et praepositionibus subjuncta reperiuntur, *ἀμβολάς, ἐκβολάς, καταβολάς, κατειλάς* s. *κατουλάς* [4]) *ἐξοχάς, συνορμάς, ἀποφυάς, συμφυ-*

---

2) Numerorum notae quo spectent, apparebit postea.

3) Eodem pertinere videntur *βαλλάδες* i. e. *παραχύται* v. Salmas. ad Vopisc. Carin. c. XXI. 865. et *κειράδες οἱ κεκαρμένοι* ut veterum nonnulli acceperunt v. Schleusner. Thes. s. h. v.

4) *Κατειλάς*, quod Ellendtius Lex. Soph. I. 940. dubitat an graecum non sit, confirmat codex Hesych. a Musuro interpolatus ipsaque series literarum et affine *περιειλάς*, quibus omnibus convolutum, spissum, significatur, unde *Εἰλάς πυκνή, σκοτεινή* Hes. et *νύξ κατουλάς* et, puto, *οὐλάς ἡ*

γάς, *συνδρομάς*, ex aliis orationis partibus *οὐρεοφοιτάς*, *πολυμηκάς*, *πολυστροφάς* [5]) eaque parasyntheta potius esse quam syntheta argumento est quod simplicia *βολάς*, *τομάς*, *ὁρμάς*, *ὀχάς*, *φυάς*, non leguntur omnino. Jam si de specie horum nominum quaestionem habemus, adjectiva sunt sine dubio sed pleraque substantivorum vim obtinent aut semper ut *δορκάς*, *στιβάς*, *ψιάς*, *ἐμβροχάς* etc. aut saepe ut *δρομάς*, *λαμπάς*, *ὁλκάς*, *τροχάς* etc. Quomodo enim latine res quae eminet eminentia dicitur, sic *ἐξοχάς*, quod proprie eminentem significat, saepe cum *ἐξοχή* permutari potest, nulloque discrimine apud Hippocratem miscentur *συμφυάς* et *σύμφυσις*, *παραφυάς* et *παράφυσις* v. Foes. ss. ll. et vulgo *διάφυσις* et *διαφυή* v. Schaefer. ad Long. 335. Itaque pro re nata Symplegades dicitur adjective de rupibus collisis et substantive *συμπληγάδες γνόφων* collisiones, s y m p l e g a s l i m i Rutil. Itin. I. 461. ac si quis meminerit *ἁμαρτωλή* et peccatum significare et peccantem, non negabit fieri posse ut *ἁμαρτάς* idem sit quod *πρᾶξις ἐφάμαρτος*, significatione neutrali ut *ἐξοχάς* — alia passivam habent ut *λογάς*, *στιβάς*, pleraque activam.

§. 2. Ac numeralia quoque *ἑνάς*, *δυάς*, *ἐννεακαιδεκάς*, *ἑκατοντάς* etc. etsi plerumque substantive dicuntur, tamen non raro adjectivorum ritu substantiva in recessu habent ut *τετράς*, *εἰκάς*, *τρισεινάς*, *ἀμφεικάς*, *προτριακάς*, si diem quartum, vicesimum etc. denotant, *δωδεκάς* si pro *δωδεκατομόριον* valet v. Voss. ad Arat. 554. *μυριάς φύστις* pro innumerabilis Aeschylus usurpavit vetusque Bibliorum interpres non invenit quo *ἑβδομάς* redderet praeter adjectivum s e p t i m a n a [6]). Proxime

---

πήρα Schol. Lyc. 183. nobile illud Cynicorum gestamen Anth. P. VII. 413. *οὐλάς τε σκήπωνι συνέμπορος* ut Martialis dixit IV. 53. c u m b a c u l o p e r a q u e s e n e x, sed temere mutatum est in *θυλάς*.

5) Hesychius *Θυμαμόργας ἡ νόσος Ἐρετριεῖς*, quod si ab *ἀμέργειν* compositum est, certe acui debet. Idem in serie *Πλοάδες τῶν ἐπερχομένων τινές*, quod fortasse aliquis dixit pro *ἐπιπλοάδες*, ut *Πλόμενον φανέν* pro *ἐπιπλ.* *Ἐπιπλόμεναι* Schol. Apoll. III. 25. interpretatur *ἐπελθοῦσαι*.

6) *Δεκάδες νευραί* Apollinar. XXXII. 4. pro *δεκάχορδον*, *μυριάδες πόλεις* Eur. Rhes. 913. Quidnam significat *συνδυάς* in Eur. Alc. 476. *τοιαύ-*

a numeralibus sunt *μονάς* unitas et *ὁμάς* universitas, unde commodus ad adjectiva transitus (V) *γυμνάς*[7]) *ἐρημάς*, *κιῤῥάς*, *κοιλάς*, *λεπράς*, *λευκάς*, *λοιπάς*, *μοιχάς*, *μονάς*, *μαχλάς*, *οὐλάς* pro *οὔλη* (i. e. *ὑγιαστική* Schol. Nic.) *παυράς*, *περκάς*, *πικράς*, *φοινάς ἡ ἐρυσίβη* Anecd. Bekk. trisyllaba *ἀμοιβάς*[8]) et *ἀμορβάς*, *ποντιάς*, *πυθιάς*, *ῥοθιάς*, *Ἀργειάς* Max. Tyr. XXIX. 6, 82. *Καρνειάς*, *ὀρειάς* etc. A conjunctis derivata (VI) *ἀργάδες ἀργαὶ γυναῖκες* Hes.[9]) *ἀμασυκάδες αἱ σὺν τοῖς σύκοις γενόμεναι ἄπιοι* Hes. cui Eustathius 878, 23. *ἀμαδρυάς* confert, *ἐγκοιτάς*, *περικυκλάς*, *χαλκεμβολάς*, *χαμαιευνάς*, *πολυσπιλάς*, *ἐπιδιφριάς*, *φιληλιάς*[10]) quorum tria postremo proxima apud Homerum leguntur simplicibus non usum, primum a *χαμαιεύνης* duci potest. Alterum genus adjectivorum a substantivis manat (VII) a prima *ἀελλάς*, *ἁλμάς*, *λιμνάς*, *λυσσάς*, *μαιάς*, *τεφράς* quod mendose *τέφρας* scribitur, *κορυφάς*, a masculinis *θυστάς*, *μεθυστάς*, *νευστάς*, nisi ut *παστάς* a *παστός*, ita haec ab adjectivis in *τος* orta sunt; a secunda *βλιτάς*, *δενδράς*, *ἰονθάς*, *κυκλάς*, *μιμάς*,

---

της εἴη μοι κυρῆσαι συνδυάδος φιλίας ἀλόχου, conjugium an conjugem? Interpretes percontari noli.

7) Maneth. V. 245. *εὔγραμμον πινυτόν τ' ἐν γυμνάσι τὸν Ἑρμῆ* sic corrigunt *ἐν γυμνασίοις ἴσον Ἑρμῆ*. Elegantius foret *ἐν γυμνάσιν εἴκελον Ἑρμῆ*. *Γυμνάς* modo homo dicitur modo actio sive *γυμνασία*, Heraclea gymnas, festa gymnas, modo etiam gymnasium ut *μιγάς τὸ κοινόβιον* Lex. Cyrill. v. Coraes ad Plut. T. VI. 416. Plene Lycophro 866. *γυμνάς κονίστρα*.

8) Hoc saepius ap. Nonnum legitur, semel nec sine dissensione criticorum in Homeri carminibus, indumentum mutatorium significans, quod ipse *ἐξημοιβόν*, novitii Graeci *ἀλλαγάς* sive *ἐξαλλάξεις* vocant v. Ducang.

9) In Anth. IV. n. 147. *χαλᾷ ποδὰς ἠθάδι νάρκᾳ νωθρόν*, ubi Brunckius *πόδα σηπάδι*, Jacobsius *πόδος ἴθματα — νωθροῦ* proponit, fortasse praestat *πόδ' ἀεργάδι*.

10) Suspecta sunt *Ἀντιχορδάς σύμφωνος* Anecd. Bekk. 409, 10. et *ἀῤῥενωπάδας γυναῖκας* 466. pro *ἀῤῥενωπάς*, quanquam illo usus videtur Eustathius 1490, 23. *ἀνδρόγυνοι καὶ ἀῤῥενόπαιδες* (sic) *καλοῦνται*. Cur L. Dindorfius in Thes. accusativum *τοὺς βαλλαχράδας* ad nominativum *βαλλαχράδαι*, non ad *βαλλαχράδες* pertinere statuat, non video nisi forte terminationem *ας* semper femininam esse credidit.

σπιλάς v. Schneider. ad Theophr. T. IV. 122. στοιχάς, φοιβάς. A puris utriusque ἁδριάς, ἑστιάς, μανιάς, σποδιάς, βουνιάς, ἡλιάς, κλισιάς, ὀργιάς, πεδιάς, ὀροδεμνιάς. A tertia δρυάς, κυνάς, πολιάς, ῥωγάς, a neutris λιπάς ὄρνις ἡ λιπώδης Gregor. de Method. II. p. 1126. et 1137. T. VII. P. II. κυμάς ἡ ἔγκυος Hes. κεράδες αἶγες καὶ ὄϊες κέρατα ἔχουσαι Aristophanes Gramm. ap. Eust. 1625, 42. et λεπάς quoque nonnulli a neutro declinatum putant. Sed hoc jam ad tertium genus pertinet.

§. 3. Etenim substantiva quoque a substantivis propagantur (VIII.) significatlone pleraque eadem. Cujus generis Grammatici tria proferunt Μαῖα Μαιάς, πέλεια πελειάς, ἔθειρα ἐθειράς Schol. Il. XXI. 493. Eust. 1799, 26. quibus simillimum foret παρειάς si modo satis testatum esset v. Wellauer ad Apoll. IV. 172. Sed inveniuntur multo plura ἀμνή ἀμνάς, δέρη δειράς, ζυγή ζυγάς, οὐλή οὐλάς (pera) ῥοή ῥοιάς, ῥαγή ῥαγάς, ὑννή ὑννάς Hes. Haec sunt primae declinationis; secundae ἀνδειράδες πρασιαί Anecd. Bekk. 394. quae vulgo ἄνδηρα vocantur, ἐρινάς et οἰνάς pro ἐρινεός, οἶνος, posita a Nicandro, cui Scaliger scite ἰάδες restituit id est ἴα, κυκλάς ἀρκάδος κυνῆς Sophocl. pro κύκλος nisi hoc ipsum scripsit, σπιλάς saepius pro σπίλος, συρμάς pro συρμός, ὀρχάς αἱμασιά Hes. pro ὄρχος saepes, ut videtur. Idem Αἰγάδες αἶγες, Συάδες αἱ σύες ἐσχηματισμένως, Χειμάς χειμών. Sed falsum refert Schneiderus Oppianum ἑρμάς scripsisse pro ἕρμα.

§. 4. Jam ad alterum genus substantivorum, quae cum forma significationem mutant, pergere properantes retinent difficultates variae, quas adhuc de industria, ne sermo incideretur, praetervecti sumus. Prima posita est in ambiguitate originationis, de qua jam antea, quum verbalia percurrerem, iterum iterumque admonui. Thyiadum nomen, quod Pausanias X. 6, 2. a Thyia translatum putat, nihil refert utrum ab appellativo θυία repetas an ut EM. 457, 19. παρὰ τὸ θύω πλεονασμῷ τοῦ ι, qui pleonasmus in aeolico θυίω apparet et a Dindorfio transfertur ad παραφυάδες in Nicandri hexametro Athen. II. 71. D. quo minime opus esse ostendit similis mensura verbi διαφύεται in Eratosthenis versu V. 182. D. Λυσσάς verbalibus adscribi potest quae in

§. 1. (IV.) produxi, contraque *λιβάς* et *νιφάς*, quae illuc relata sunt, paronymis tanquam interventu vocalis dilatata sicut *αἰγάς* ab *αἴξ*, *κερκάς* a *κρέξ*, *προκάς* a *πρόξ*, *πτωκάς* a *πτώξ*, *ψεκάς* a *ψίξ* mutata insuper vocali. *Ἐθάς* nobis ab *ἔθος* repetendum videtur ut *ἠθάς* ab *ἦθος*, at EM. 629, 3. verbale ratus cum *φυγάς* et *ὀργάς* confert hoc ab *ἔργω* derivans sicut *Ὀργὰς Ἀθηνᾶ* Hesych. (nisi *Γοργὰς* fuit) idem esse videtur quod *ὀργάνη* s. *ἐργάνη*. Neque solum inter verbalia et nominalia controversia existit sed etiam haec inter se ipsa litigant, exempli causa utrum *ῥαγάς* a *ῥαγή* extiterit an a *ῥάξ* ea ratione quam modo explicuimus. Altera difficultas est in specie quae vocatur a Grammaticis. Adjective dicitur *ἄμπελος* et *μήκων ῥυάς* s. *ῥοιάς* Diosc. Mat. II. 27. Galen. simpl. Fac. VII. 1, 73. etc. substantive *ῥοιάς τοῦ πύου γίγνεται* Aret. Cur. Acut. II. 9, 284. *ἡ τοῦ σκυβάλου ῥοιάς* Oribas. L. XLIV. 62. ed. Bussem. Idemne igitur nomen est an diversa? et quorsum pertinet nomen morbi *ῥυάς* Paul. Aeg. III. 22, 74. cui simile est *φθινάς* vox Hippocratica, *ἣν οἱ Ἀθηναῖ ι φθίσιν ὀνομάζουσι* Schol. in Hipp. T. II. 364. aliaque morborum nomina *ἰσχιάς*, *λεπράς* et *χ ιράς*[1], quibus substantivum *νόσος* modo additur, modo deest sicuti tria synonyma *λεπράς*, *λισσάς*, *χοιράς* nomen *πέτρα* saepe sibi adjunctum habent, nec raro remittunt. *Οἰνάς*, ut dixi, pro *οἶνος* valet idemque adjective dicitur *οἰνάδες Βάκχαι* Oppian. et detracto nomine nunc aviculam significat a colore, ut Athenaeus scribit, cognominatam, nunc vitem viniferam.
